

In hoc templo singulis noctibus dcccc. accenduntur lucernæ. Reperias præterea in hac vrbe plusquam centum basnea item ducenta hospitia, in quibus singulis cubicula centum & viginti, aut etiam plura, est & cuique suis fons. Quadrigenitis circiter locis hic molaria reperias. habet autem quilibet locus quinque aut sex molas. adeo ut aliquot millia hic inuenias. Habent quælibet artes in hac vrbe locum peculiarem, quarum nobiliores summo templo sunt proximæ. Venalia singula, sua habent peculia foræ. Locus etiam mercatoribus dicatus h.c est, quem non immerito vrbum quis vocare posset, vndeque is muris cinctus, duodecim habet in ambitu portas, quarum quælibet ferrea catena in transuersu ducta, equis & vehiculis transitum adimit. Atque hæc de Fessa parte Occidentali. Alia enim pars quæ versus Orientem, quanquam pulcherrimis templis, ædibus, palatiis, collegiisque abundet, non tam copiosæ sunt artes diuersæ. Numerantur tamen hic quingentæ & viginti textorum ades. centum officinæ sunt filo candidando exstruetæ. Arx hic visitur, qua magnitudine opido æquari posset, quæ quandam regia esse solet. Hæc passim de Fessa, ex Iohannis Leonis lib. 3. Africa descriptionis, vbi multè plura de hac vrbe iucunda admirandæ legenda. De eadem quoque non pauca apud Lud. Marmolum. Item apud Diegum Torressium in volumine quod scripsit de Seriphorum (huius tractus aliquando principibus) rebus gestis, ex quo hoc hic addam. Lapidem scribit ad portam quandam huius vrbis, insculptum FEZ VLEDE EL ENES, id est, Populus gentium. Item de hac vrbe hoc tritum prouerbium adducit, Quien sale de Fez, donde ira, y quien vende trigo, que compresa, quasi dicas. Qui abit è Fessa, vbi locorum ibit? & qui triticum diuendit, quid ille empturus.

## CONGI REGNUM.

**D**E Congi hoc Africæ regno (quod alij corruptè Manicongo. 1. rex Congi vocant) scripsit amicus noster hu-  
ius tabulæ auctor Philippus Pigafetta peculiarem Italico sermone libellum, Romæ exc usum: eumque ex  
ore Odoardi Lopeti Lusitanî testis oculati, & huius regionis peritissimi, ex quo hæc pauca: Dividitur hæc  
regio in sex prouincias, Bamba, Sogno, Sundi, Pango, Batta, & Penba. Harum prima habitatur à bellico  
numero sive gente: ita ut quadraginta millia militum, cum necessitas virget, in castra educit. Regia in ea  
vrbis Banfa est, quæ hodie S. Salvatoris nominatur. Omnis hæc regio metallorum diues est, etiam argenti, in primis circa  
Loandam insulam. Concharum hic quoque pescatio, quæ loco monetæ sunt in toto hoc regno. pecuniae enim hic nullus  
vius. nec aurum vel argentum in pretio. Mancipiorum quoque hic magna negotiatio: adeo ut corundem ultra quinque  
millia singulis annis hinc à Lusitanis uehantur. Elephantum hic quoque prouentus, quos vernacula lingua ipsi Manzae  
appellant. Repertum & fera genus, quod ipsi Zebra vocant, magnitudine & forma mulæ instar. mulæ autem genus non  
esse fecunditas arguit: scutum enim parit. habetque pellem a ceteris omnibus animalibus dissimilem: vixione trium diuer-  
orum colorum faictis variegata: nigris nempe, albis, & fulvis: animal tantæ velocitatis atque feritatis ut domari neque  
ad hominum vsum accommodari villo modo potest. Adagium incolis hinc fertur, Velox ut Zebra. Sunt & hic, ut alibi leo-  
nes, tigrides, lupi, cerui, lepores, cuniculi, simiæ, chameleontes, & serpentum multæ species: item porci, oves, capri, gallinæ,  
& psittaci. etiam crocodili, quos ipsi Cariman vocant. At non habent equos, boues, aut alia iumenta humanis vibus apta.  
Palmæ arboris genus hic prouenit, ex cuius foliis omne genus sericarum vethum texunt, vermium enim vsum alibi cogniti-  
tum, hic incognitum prorsus. Horum quoque angariae sive verediariorum ritum (quia ut diximus, nulli hic equi) huc defcri-  
bere operæ pietum ex xv.lib. Historiar. Indicar. Maphai, duximus. qui ligneis illos equis vii scribit, cuius commentum tale est. Cantherio seu tigno dodrantalis ferme crassitudinis, pedum octo longitudinis, bubulum corium ad sellæ amplitudinem extendunt, huic ephippio diuvaricatis cruribus viator infidet: bauli succollant duo, & vbi longum iter est, succedunt  
alij. Alium tranfuehendi per itinera homines morem describit dictus Pigafetta: tamen ab hoc non admodum dissimilem. Ad Septentrionalem huius regni partem Anzicana gens habitat anthropophagi, adeo ut apud hos humanæ carnes, (ut alibi)  
pecorum aiorumque animalium publicè in macellis vendendas exhibeant. De Loanda insula quod ferunt, hic quoque  
adiiciendum iudico, nepe, quod ferunt eam valde depresso esse, atq. vix è mari eminere, eam q. constare ex limo ex flumi-  
ne proximo, atque arena: quam si quis ad palmarum duarum aut trium altitudinē effoderit, aquam dulcem & potu aptissimam  
ebullire: at, (quod admirandum) hanc eandem aquam decrecente mari, salam, eoque exundante, dulcem reddi. Ad Christianam religionem, quomodo Iohanni Lusitania regis auspicio anno 1491. conuersi fuerint, atque quo successu in  
eandem progressi, haec tenique permanerint, legere potest quis apud dictos Pigafettam. lib. 2. & Masseum Indicar. Histo-  
riar. lib. 1. Ante Lusitanorum in hanc regionem aduentum, propria homines non habebant nomina: sed communia, nem-  
pe cum lapidibus, plantis, avibus, aliisque animalibus.

## FESSÆ, & MAROCCHI REGNA.



A Africæ pars quæ olim Mauritania Tingitana vocabatur, hodie duo regna comprehendit; Fessæ nempe, & Marocchi, quæ hac tabula exhibemus. Quorum Marocchi nomen accepit ab vrbe huius primaria Marocchi, (Marox incolis vocata.) Huius ager, vt scribit Io. Leo, amoenissimum est, multius armamentorum, pecudum atque ferarum generibus abundans: vbique herbidus: retum omnium quæ ad victum conuenient, quæ naribus ad blandiuntur, quæ oculos pascent, feracissimus Perpetua ferè planicies: Longobardæ nō admodum dissimilis. Montes, si quos habet, frigidissimi sunt atq. steriliissimi, adeo ut nihil preter hordeū producat. Vrbs in ea, quæ primariæ diximus, Marocchum népe, inter maximas totius terrarum vrbes adnumerari solet. est enim inaudita magnitude, ita ut sub principe suo Hali Iosephi filio domos numerabat plusquam centies mille. Portas in ambitu habebat viginti quatuor. Murus maximæ crassitudinis, ex candido lapide atque calce viva exstructus. Non hic templorum, non collegiorum, hypocaustorum, neque hospitorum copiam desiderabis. Inter tempora, nullum artificiosius neque magnificentius, quam quod medio vrbis à dicto Hali exstructum exstet. Est & aliud constructum ab huius successore Abdul Mumen, & ab huius nepote Mansor ampliatum, multisque columnis, quas ex Hispania conuehi iusserrat, opulentius redditum. Cisternam sub hoc templo consecit, eius magnitudinis, cuius totum est templum: teatum templo addidit plumbeum: singulis angulis addidit canales, qui pluvialem aquam in cisternam subiectam mittant. Turris ex lapide durissimo, quale Romanum Vespaniani est amphitheatum, altitudine turrim Bononiensem in Italia superat. Grandus quibus adscenditur habeat singuli nouem palmos latitudinis: exterius verò muri latus decem. Septem habet hæc turris mansiones. Huic turri superstructa est & alia turricula, quæ in acus modum adsurgit. hæc tres alteram superpositas habet mansiones, fitque ab una ad aliam lignea quadam scalæ ad census. Habet & hæc turricula in summa parte ferrum quoddam luna ornatum aurea, tres item sphæras aureas, quæ ferro sic sunt insertæ, ut maxima inferiore, minima superiore locum occupet. Si quis è summo turris loco oculos in terram defigat, huic homines quamuis procerioris staturæ, non aliter ac pueri viuis anni appareant. Azaphi promontorium hinc centum triginta milliarib. distans, videri quoque potest. Sed quamvis manus vix reperiatur templum, etiam si vniuersi Orbem pererrauerit, locus tamen omnino ferè deseritus est; numquam enim præterquam diebus Veneris hue populus confluere consuevit. Sub huius templi portico cunctum ferè librorum officinas, totidem è regione quandam fuisse dicunt. verum non puto vel vnum modo reperi possit in tora hac vrbe bibliopolam. Vix tertia opidi portio incolas habet. Hic intra muros vineæ, palmæ, horti spacioli, agrique frumentis fecundissimi. nam extra muros terram exercere, frequens Arabum illos vetat incursio. Hoc vnum certissimum habetote, hanc vrbem intempestiæ seniūn contraxisse: vix enim quingentæ & sex sunt anni, quod illa primum ædificari cœpit. Est & arcus quædam munitissima in hac vrbe, quæ si amplitudinem, si muros, si turrem, si denique portas ex Tiburtino marmore exstructas videris, opidum iure censeas. Templum habet altissima turri ornatisimum, in cuius fastigio luna, atque sub hac tres inæqualis magnitudinis sphæras aureas, quæ omnes 120. mille aureos pendent. Non defuerunt reges huic ciuitati, qui pretio auri allecti, spheras loco amoueri conati sunt, sed mirum illis semper obtigit infortunium, quod conatum impeditus: adeo ut omen maximè sinistrum vulgo opinentur, si quis eas manu contrectare studuerit. Sit sat is de hæc vrbe. ipsum Leonem lector aeat lib. 2. vbi de vrbe & hac arce plura, ad nauicam vsque. Taradantum quoque hic vbi, quæ Taurent Mauris, sat is amplum, ab antiquis Africanis conditum. Domorum numerat circiter tria millia. Incolæ moribus sunt ciuilioribus. habetque omnis generis artifices quamplurimos. Opidanis magnum quotannis censum enumeraunt, vt iter mercatoribus (est enim emporium satis à peregrinis, etiam Europæis frequentatum) hic atque illuc proficiscientibus, turum atque securum semper seruetur. Sunt aliae plures, vt ostendit tabula: inter quas Messa quoque, quæ templum habet haud procul à mari, cui religiosissime fauent. Sunt enim qui Ionam prophetam à pisce hic electum, cum ad Niniuitas prædicationis causa missus esset, adfirmant. Huius templi tigni ex balænarum costis sunt, nec raro illis vñi venit, vt mare balænas visendæ magnitudinis in littus mortuas eiiciat. In huiusque littore reperiuntur succini illud genus, quod nostrates ambram canam nominant. Est & Teintum opidum in hac continentia. hic egregium illud corium paratur, quod vulgo Marochinum vocant. Hæc de hoc regno, de quo qui plura velit præter Leonem, & Marmolum, etiam Cælij Augustini Curionis Historian Saracenicam consulat, in qua de hoc regno peculiaris libellus. Nunc autem de Fessa.

Fessa, vt Marochum, ab vrbe eiusdem nominis, sic appellatur. Hæc vrbs sita est in regni huius meditullio. Conditam ferunt circa annum Domini septingentesimum octuagesimum sextum. Hanc metropolim totius Mauritaniæ dicunt: Vulgoque, vt Marmolius inquit, Aulam totius Occidentis cognominant. Nomen habere ab auro, sunt qui opinentur: quod cum prima eius iacerentur fundamenta, eo loco inuentus fuerit auri cumulus, quod Arabibus fessæ appellatur. Maximam huius vrbis partem colles atque montes occupant, sic ut vrbis tantum medio planicies reperiatur. Duabus viis fluuiis opidum intrat, in duas namque est diuisus partes. Moxq; in vrbem collapsus in infinitas ferè, per quo/dam aquæductus fessæ spargit, ac per singulas ferè domos, per templæ, per collegia, per hospitia, & xenodochia fessæ diffundit. Deinde per foricas percurrentes, totius ciuitatis fortes secum trahit, atque foras in fluuium inducit. Maxima domorum pars lateribus depicta, que lapide sunt elegantissimæ. Aperta item loca atque porticus ex latere versicolori exstructa sunt, qualia sunt vas illa cretacea, quæ Itali majorica appellant. Domorum laquearia multo auro aliisque coloribus elegantissimæ depingunt: quæ quidem supernæ ligneæ & planæ fabri cantur, quo æstiu tempore pannus superin sterni commodè possit: nam hic propter æstuum noctu quiescere solent. Turrim insuper ædibus fabricare solent multis ornata cubiculis, ad quam fessæ mulieres, vbi laboris sunt pertæse, recipere, animûmq; remittere solent: à qua ad omnia ferè vrbis loca prospectus patet. Templæ atque Oratoria hic septingentesimum ferè complent numerum. Inter quæ reperias quinquaginta magnifica, atque sumtuosissime exstructa templæ suis instructa fonticulis, insigniter marmore atque lapide Italæ ignoto compositis. Unicum habet quodque templum sacerdotem, cui orandi committitur ratio. Summum in hac vrbe templum Carrauen appellatur, estque tantæ magnitudinis, vt in circuitu sequimilare ferè continat. triginta & vnam habet visendæ magnitudinis atque altitudinis portas. Huius turris, vnde plusquam Stentorea voce ad concionem vocatur populus, altissima est. Huic subiecta est cella quædam, in qua oleum, lychni peniles, storeæ, aliæq. id genus templo necessaria recondere solent,